12	ξ	*In cervice duarum ſequens.*		7
8	o	*Iuxta genu ſiniſtrum Auſtralior.*		14
18	π	*Ad ſiniſtram ſuffraginem, alias quartæ diff.*	3 }	10
13	ϱ	*In juba duarum inferior.*		4
14	σ	*Superior.*		5
5	τ	*In corpore duarum ſub alâ Borealior, Rainholdo quartæ magnit. Markab. Sagma, corruptè Salma.*	3 } 5	15
6	υ	*Auſtralior.*		16
	φ	*Duarum in media ala præcedens.*		21
	χ	*Sequens.*		22
	ψ	*In ventre.*		23

Martiales cum Mercurio. (*Quant.*

ω. Aquarius. A. *Piſcium præcedens.* B. *Equus primus, ſecundum mappam arabicam Equuleus.* C. *Æquator.* D. *Colurus æquinoctiorum.*

Aſtronomicarum rerum ſcriptores, quidam E. alii F. numerandi ordinem uſurpant, utrumque majoris hæſitationis vitandæ gratia, apponendum duximus, inde quam F. decimam ſeptimam appellat, E. quartam denominare conſuevit.

Antiquorum pleroſque certam ſtellarum multitudinem non obſervaſſe deprehendimus, qualem idcirco nec nobis defendere propoſitum eſt. Aratus & Hyginus octodecim lumina Pegaſo attribuunt, tribus omiſſis, Ovid. *III. Faſt.* quindecim ſubmittit.

Nunc fruitur cœlo, quod pennis ante petebat,
Et nitidus ſtellis, quinque decemque micat.

Ptolemæus viginti, nos tribus, ſextæ diff. additis, viginti tria numeramus. Ætate Imp. Veſpaſianorum, Romani ſtel-